



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

10. An si quis in Paschate Eucharistiam non sumpsit, teneatur postea
quamprimum communicare? Ex p. 3. tr. 4. res. 41. ibid.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

præcepti circumstantiam non repulerit: Ergo hac anticipata communione, facta quidem ex voluntate adimplendi præceptum Ecclesiæ, quidquid sit postmodum de fecuto accidentaliter impedimento, præcepto Ecclesiæ satisfiet, cessante dierum Ecclesiæ congruentia, propter congruentem etiam eorumdem dierum anticipationem, quæ sane facilius debet, quam dilatio admitti. Ita Fernandez, & ante illum Suarez in 3.p.tom.3, disp.70, sect.2, circa finem.

4. Sed plus addit Layman in Theol. mor. lib. 5, tr. 4, cap. 5, num. 9, vbi assertit, quod qui præuidit se in Pafchate à sacra communione impeditum iri, non teneatur tempus præscriptum præuenire, dummodo intra eum annum semel communicauerit. Ita ille, quod est velde notandum: vide Coninch de Sacrament. quest. So. art. 1, dub. 4, concl. 2.

R E S O L . I X.

An qui in Paschate sumpfit indignè Eucharistiam, incurrit excommunicationem latam ab Ordinario, contra transgressores praecepti communionis? Ex p. 3 tract. addit. Res. 14.

S. I. **Q**uidam Theologus affirmatiuum sententiam docuit, sed contrarium dicendum est per ea quæ adduxi in part. 3. tract. 4. ref. 43. vbi contra Nugum, & Sylvium docui, sumentem indignè Euchariastim in Paschate satisfacere præcepto Ecclesiæ, & præter Doctores ibi citatos, tenent etiam hanc opinionem Vazquez in 3. p. tom. 3. disp. 214. c. 4. qui etiam adde Petr. Ochagavia de sacram. tr. 2. de Euch. g. 15. n. 6. cui individualiter responsum ad easum huius

Cum eodem
Ochagavia
hic citato
infra Ref. 13.
§. Ex his.

76. qui individualiter respondat ad calum huius re-
solutionis, sic enim ait, [Implet præceptum sumendi
Eucharistiam in Paschate, qui indignè, & cum con-
scientia peccati mortalis illam sumit. Probatur, nam
alia præcepta impleri possunt per actum continentem
in se peccatum lethale, vt ille , qui die iejunij nimis
replet stomachum cibis in eo unico prandio, quod
licitum est iejunantibus , posset quidem peccare le-
thaliter , & tamen sine dubio satisfaceret præceptor
iejunij. Item is, qui in peccato mortali suscipiter Sa-
cramentum Baptismi, satisfaceret præcepto diuinou-
suscipiendo Baptismum. Secundò probatur idem re-
sponsum ratione D.Thom.1.2. q.100. art.9. quia lex
qua præcepit aliquem actum , præcipit substantiam
eius , non verò modum , nisi modus sit de essentia
actus secundum se , vel prot' actus sub die (qua ra-
tione attentio est de essentia orationis.) At verò sus-
cipere Eucharistiam cum dispensatione debita , non
est modus essentialis Sacrameti Communionis, nam
si quis indignè communicat, sacramentaliter commu-
nicat. Vnde ad primum argumentum respondetur, di-
gnum cultum, seu reverentiam huius Sacramenti esse
finem huius præcepti, non materiam eius. Ad secun-
dum respondetur, illud verbum, reverenter, vel deno-
tare reverentiam extrinsecam, vel intrinsecam, quam
petit hoc Sacramentum ex natura sua & iure diuino,
non humano. Inde ille qui cum reverentia intrinse-
ca, sine extrinseca tamen communicaret, non violaret
præceptum Ecclesiasticum de suscipiendo Euchari-
stia, sed diuinum. Vnde qui indignè communicaret,
non incurriter peinas , vel censuras Ecclesiasticas,
qua contra transgressores huius legis imponerentur,
quia in rigore seruaret præceptum , & legem Eccle-
siae.] Ita ille, & ego.

RESOL. X.

An si quis in Paschate Eucharistiam non sumpfit , te-

neatur postea quamprimum communicare? Ex p.,
tract. 4. Ref. 41.

S. I. A Ffirmatiuam sententiam docet Nugus in *de iuris ecclesiasticis* p. 1. q. 9. s. 1. q. 9. 80. art. 11. diff. 2. concl. 1. ad
Pitigianus in *4. sent. tom. 1. dis. 9. 9. 3.* art. 9. *Fagundus* in *de iuris ecclesiasticis* p. 1. q. 9. 80. art. 11. diff. 2. concl. 1. ad
prac. 3. lib. 1. cap. 6. n. 2. *Azorius* *tom. 1. lib. 7. cap. 4. 24.*
Coninch. de Sacramentis *q. 8. 80. art. 1. lib. 4.* *Santes* in *de iuris ecclesiasticis* p. 1. q. 9. 80. art. 11. diff. 2. concl. 1. ad
3. part. tom. 3. disput. 70. sol. 2. *Layman* in *Theol. nov. Lib. 5. tract. 4. cap. 5. num. 8.* *Graffius* *part. 1. lib. 2. cap. 1. num. 25.* *Sylvius* in *3. part. q. 9. 80. art. 11. querim. 4.* &
alijs afferentes, quod qui in Pascche seu iula, fa-
iniusta causa Eucharistiam non sumptus, polluta
cum primum commode potest, communicare
debeat, ut quanto diutius differat, tanq; magis pec-
catum augeat. Et ratio est, quia non conceduntur
minus annuis, ut tunc cesserit obligatio, sed ut comp-
letio non possit ulterius differri, sicut in contradi-
bus, quando statuit tempus ultra quod non posse
differri solutionis, si tunc non fiat, obligatio non exi-
guitur, sed perseruerat.

2. Sed contrariam opinionem puto enim pro-
babilem esse, quam docent Sotus in 4. dif. 18. quod si
art. 4. Sylvestri ver. Eucharist. q. 15. Tabem. ut com-
municare, queſt. 7. D. Antonius patr. 1. p. 1. q. 6. q. 7.
Valentia tom. 3. dif. 18. q. 8. p. 14. Amille verb. con-
munion. n. 6. Medina in instruc. confes. q. 1. art. 14.
Valentia in summa. queſt. 14.8. Ledeſma 1. q. 10. art. 5.
dub. 2. Ioan. de la Cruz in direct. confis. p. 1. de
Sacram. Eucharist. q. 5. dub. 7. conclus. 4. Tolosa lib. 5.
cap. 18. & Emanuel Sà ver. Eucharist. lib. 1. cap. 14.
Qui in Paschate transgressus præceptum non com-
municavit, non peccat intentione mortaliter, si poterit
non communicet: femel enim tantum id præceptum
obligat, scilicet in Paschate, vt præceptum de con-
fessione, femel solùm quolibet anno. Iu. ill.

RESOL. XI.

*An qui in Paschate non communicavit, teneatur (utim,
initio sequentis anni Eucharistiam sumere! Exps.
tr. 13. & Misc. 1. Ref. 3.*

§. I. **V**tinam hic casus frequenter non accidit,
& affirmatiuam sententiam tenent commun-
niter Doctores, quos citauit in 3. cap. tralii 4. re-
lutione 130. quibus nunc addo Ochagaviam de Se-
cram. tract. 2. de Eucharist. q. 15. n. 4. Hurtadum de So-
cram. dispu. 10. de Eucharist. difficult. & dif-
ficultat. de Panem. difficultat. 12. Verum bi tam cum iuris
bus negatiuam sententiam probabilem esse putant.
Sel sci contra me quendam Theologum ma-
ritasse, immerit tamen : nam prater Doctores illi
citos, non solum hanc sententiam probabilem
esse, sed probabiliorem putat ex Societe Iesu. 14.
cubus Granado in 3. part. de Sacrament. contr. tra. 4.
Ebau 10. dispuat. 4. numer. 4. & sequent. vbi sic ait:
Oritur difficultas, an qui intra Paschatis tempore non
sumpserit Eucharistiam, teneatur ex vi praecipi Ec-
clesiastici sumere, cum primum potest posse, as-
non, sed sine novo peccato differri licet usque
ad aliud Pascha. Aliqui aferunt, huiusmodi homi-
nem teneri ad Eucharistiam accedere, cum pri-
mum possit; nihilominus contraria sententia pro-
babilior est, quia quando aliquod praecepum est
pro tempore aliquo determinato, clauso illo tem-
pore cessat obligatio, nisi adhuc circumstantiae aliud
faudentes; sed sumptus Eucharistia praecepta ab pro-
tempore Paschali, nec sunt circumstantiae fauden-
tes, obligationem post illud tempus penitentiarum
ergo.